

INTROIT John 21: 15-17

Si dīligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. (Ps. 29:1) Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me, nec delectásti inimicos meos super me. V. Glória Patri et Filio et Spírítui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Si dīligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas.

COLLECT

Gregem tuum, Pastor ætérnæ inténde: et per beátum Damasum, Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitisti esse pastórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Feria

Éxcita, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias: ut per ejus adventum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Peter 5: 1-4, 10-11

Caríssimi: Senióres, qui in vobis sunt, obsécro consénior et testis Christi passiónum, qui et eius, quæ in futúro revelánda est, glóriæ comunicátor: præsците qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coáccte, sed spontáneee secúndum Deum, neque turpis lucrí grátia, sed voluntárie; neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimó. Et, cum appáruerit princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam. Deus autem omnis grátia, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in saecula sæculórum. Amen.

GRADUAL Psalm 106: 32,31

Exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. V. Confiteantur Domino misericordiae ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.

LESSER ALLELUIA Matthew 16: 18

Alleluia, alleluia. V. Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Alleluia.

GOSPEL Matthew 16: 13-19

In illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discipulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixerunt: Alii Joánnem Baptistam, alii autem Eliám, alii vero Jeremíam aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificábo Ecclésiám meam, et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque solvéris super terram, erit solútum et in cælis.

OFFERTORY Jeremias 1: 9-10

Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, constitúti te super gentes et super regna, ut evéllas et destruas, et aedífices et plantes.

SECRET

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Feria

Placáre, quæsumus, Dómine, humilitátis nostræ precíbus et hóstiis: et ubi nulla súppetunt suffrágia meritórum, tuis nobis succúrre præsídiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 16: 18

Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

POSTCOMMUNION

Refectione sancta enutritam gubernam, quæsumus Domine, tuam placatus Ecclesiam: ut potenti moderatione directa, et incrementa libertatis accipiat et in religionis integritate persistat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Feria

Repleti cibo spirituális alimóniæ, súpplices te, Dómine, deprecámur: ut hujus participatióne mystérii, dóceas nos terréna despícere et amáre cæléstia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. (Ps. 29:1). I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep.

Eternal Shepherd, regard graciously Thy flock, and keep it with an everlasting protection, by the intercession of blessed Damasus, Sovereign Pontiff, whom Thou hast constituted shepherd of the whole Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Stir up our hearts, O Lord, to prepare the way of Thine only-begotten Son: that through His coming we may attain to serve Thee with purified minds. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, The ancients therefore that are among you, I beseech, who am myself also an ancient, and a witness of the sufferings of Christ: as also a partaker of that glory which is to be revealed in time to come: feed the flock of God which is among you, taking care of it, not by constraint, but willingly, according to God: not for filthy lucre's sake, but voluntarily: neither as lording it over the clergy, but being made a pattern of the flock from the heart. And when the prince of pastors shall appear, you shall receive a never fading crown of glory. But the God of all grace, who hath called us into his eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will himself perfect you, and confirm you, and establish you. To him be glory and empire for ever and ever. Amen.

Let them exalt him in the church of the people: and praise him in the chair of the ancients. V. Let the mercies of the Lord give glory to Him: and His wonderful works to the children of men.

Alleluia, alleluia. V. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

And Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose upon earth, it shall be loosed also in heaven.

Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee over the nations, and over kingdoms, to root up, and to pull down, and to build, and to plant.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Be appeased, we beseech Thee, O Lord, by the prayers and sacrifices of our humility: and where no pleadings of merit suffice, do Thou, by Thine aid, assist us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who with Thee lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Filled with the food of spiritual nourishment, we humbly entreat Thee, O Lord, that by our partaking of this Mystery, Thou wouldst teach us to despise the things of earth, and to love those of heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.